LE GOUVERNEMENT
DU GRAND-DUCHÉ DE LUXEMBOURG
Ministère de l'Éducation nationale,
de l'Enfance et de la Jeunesse

Service du Personnel - AB
Tél. 247-85924 • Fax 247-85264
e-mail : concours.epp@men.lu

Le Ministre de l'Education nationale,
de l'Enfance et de la Jeunesse,

Vu la loi modifiée du 10 juin 1980 portant planification des besoins en personnel enseignant de l'enseignement postprimaire, notamment l'article 6;

Vu le règlement grand-ducal modifié du 22 septembre 1992 déterminant les modalités des concours de recrutement du personnel enseignant de l'enseignement postprimaire;

Arrête:

**Art. unique:** En latin, le concours de recrutement comporte les épreuves de classement suivantes:

1. Trois épreuves écrites :

1. a) Traduction en français d'un texte latin en prose

   b) Commentaire libre en français de ce texte

   **Durée: 4 heures; coefficient: 1,5**

2. Rétrotraduction

   Traduction en latin d'un texte français tiré d'une œuvre d'un auteur latin

   **Durée: 3 heures; coefficient: 1**

3. a) Traduction en français d'un texte latin de poésie.

   b) Commentaire sous forme de réponses à un questionnaire portant sur la grammaire, la stylistique, la versification, l'étymologie et la civilisation romaine

   **Durée: 4 heures; coefficient: 1,5**

L'utilisation de dictionnaires est autorisée.



29, rue Aldringen
L-2926 Luxembourg
Tél. (+352) 247-85100
Fax (+352) 247-85113
info@men.lu
www.men.lu
www.gouvernement.lu
www.luxembourg.lu

2. Une épreuve orale:

Lecture et traduction en français d'un texte latin. Préparation de la traduction: une heure

Présentation: une demi-heure ; après la lecture et la traduction du texte phrase par phrase, le candidat répondra à des questions portant sur le texte, l'auteur, l'époque et le genre littéraire de l'extrait.

**Coefficient: 1**

L'utilisation de dictionnaires est autorisée.

Luxembourg, le 23 OCT. 2015

Le Ministre de l'Education nationale,
de l'Enfance et de la Jeunesse,

# ***<u>Exemples d’épreuves</u>***

**CONCOURS DE RECRUTEMENT EN LATIN 2015**
***Epreuve écrite : version***

# L'AUTEUR D'UN TRAITÉ DE RHÉTORIQUE SE JUSTIFIE DE NE PAS AVOIR EMPRUNTÉ SES EXEMPLES À AUTRUI

278

Nunc omnino aliunde sumenda (1) non fuisse sic intellegemus. Primum omnium quod ab artis scriptore adfertur exemplum de eius artificio debet esse. Non ut si quis purpuram aut aliud quippiam uendens dicat: « Sume a me, sed huius exemplum aliunde rogabo tibique ostendam». Si mercem ipsi qui uenditant aliunde exemplum quaeritent aliud mercis; aut si aceruos se dicant tritici habere, et eorum exemplum pugno non habeant quod ostendant. Si Triptolemus, cum hominibus semen largiretur, ipse ab aliis id hominibus mutuaretur, aut si Prometheus, cum mortalibus ignem diuidere uellet, ipse a uicinis cum testula ambulans carbunculos corrogaret, ridiculus uideretur. Isti magistri, omnium dicendi praeceptores, non uidentur sibi ridicule facere cum id quod aliis pollicentur ab aliis quaerunt? Si qui se fontes maximos penitus absconditos aperuisse dicat et haec sitiens quam maxime loquatur neque habeat qui sitim sedet, non rideatur? Isti cum non modo dominos se fontium, sed se ipsos fontes esse dicant et omnium rigare debeant ingenia, non putant fore ridiculum si, cum id polliceantur, arescant ipsi siccitate? Chares ab Lysippo statuas facere non isto modo didicit ut Lysippus caput ostenderet Myronium, brachia Praxitelia, pectus Polycletium, sed omnia coram magistrum facientem uidebat, ceterorum opera uel sua sponte poterat considerare.

Isti credunt eos qui haec uelint discere alia ratione doceri posse commodius! Praeterea ne possunt quidem ea, quae sumuntur ab aliis, exempla tam esse accommodata ad artem quam propria; propterea quod in dicendo leuiter unus quisque locus plerumque tangitur, ne ars appareat. In praecipiendo expresse conscripta ponere oportet exempla uti in artis formam conuenire possint: et post in dicendo, ne possit ars eminere et ab omnibus uideri, facultate oratoris occultatur. Ergo etiam ut magis ars cognoscatur, suis exemplis melius est uti.

« Cicéron », *Rhétorique à Herennius* IV, 9-10

(1) Sous-entendu : exempla.

## 1. Traduction

## 2. Commentaire libre

## CONCOURS DE RECRUTEMENT EN LATIN 2014/15 - épreuve écrite : poésie

**<u>Énée retrouve Andromaque</u>** (VIRGILE, *Én.*, III, 294-336 ; 215 mots)

Hic incredibilis rerum fama occupat auris,
Priamiden Helenum Graias regnare per urbes,
coniugio Aeacidae Pyrrhi sceptrisque potitum,
et patrio Andromachen iterum cessisse marito.
Obstipui, miroque incensum pectus amore,
compellare uirum et casus cognoscere tantos.
Progredior portu, classis et litora linquens,
sollemnis cum forte dapes et tristia dona
ante urbem in luco falsi Simoentis ad undam
libabat cineri Andromache, Manisque uocabat
Hectoreum ad tumulum, uiridi quem caespite inanem
et geminas, causam lacrimis, sacrauerat aras.
Ut me conspexit uenientem et Troia circum
arma amens uidit, magnis exterrita monstris
deriguit uisu in medio, calor ossa reliquit;
labitur, et longo uix tandem tempore fatur:
« Verane te facies, uerus mihi nuntius adfers,
nate dea? Viuisne, aut, si lux alma recessit,
Hector ubi est? » Dixit, lacrimasque effudit et omnem
impleuit clamore locum. (...)
(...)
321 « O felix una ante alias Priameia uirgo,[1]
hostilem ad tumulum Troiae sub moenibus altis
iussa mori, quae sortitus non pertulit ullos,
nec uictoris heri tetigit captiua cubile!
nos, patria incensa, diuersa per aequora uectae,
stirpis Achilleae fastus iuuenemque superbum,
seruitio enixae, tulimus: qui deinde, secutus
Ledaeam Hermionen Lacedaemoniosque hymenaeos,
me famulo famulamque Heleno transmisit habendam.
(...)
Morte Neoptolemi regnorum reddita cessit
pars Heleno, qui Chaonios cognomine campos
Chaoniamque omnem Troiano a Chaone dixit,
Pergamaque Iliacamque iugis hanc addidit arcem.
Sed tibi qui cursum uenti, quae fata dedere?

---

[1] Polyxène

**<u>Questionnaire (20pts)</u>**

A) Traduisez l'extrait 14 pts

B) Commentaire

1. Grammaire - analysez les formes suivantes :
   - *incensum* (298)
   - *compellare, cognoscere* (299)
   - *lacrimis* (305)
   - *vera facies* (310) 1 pt

2. Scandez les vers 328-329. 0,5 pts

3. Relevez au moins 4 figures de style différentes dans l'extrait 310-329 et expliquez l'effet qu'elles produisent dans leur contexte. 1 pt

4. Commentez brièvement les expressions suivantes :
   - *incredibilis fama* (294)
   - *patrio marito* (297)
   - *monstris* (307) 0,5 pts

5. Andromaque subit un sort particulièrement émouvant qui a inspiré de nombreux auteurs. Explicitez, puis caractérisez le personnage en vous référant plus particulièrement à notre extrait. 1,5 pt

6. « *quae fata dedere* » (337) : Quelle est l'importance du *fatum* dans la hiérarchie religieuse gréco-romaine, mais aussi dans l'idéologie augustéenne ? 0,5 pt

7. a. Commentez les vers 302 (*falsi Simoentis*) et 334-336 du point de vue de leur importance dans le contexte général de l'*Énéide*.
   b. L'on pourrait dire que cet extrait est d'une actualité poignante en 2015. Partagez-vous cet avis ? Justifiez votre réponse. 1 pt

# CONCOURS DE RECRUTEMENT EN LATIN 2014/15 - épreuve orale

*Réflexions sur le suicide*

Non est quod existimes magnis tantum viris hoc robur fuisse quo servitutis humanae claustra perrumperent; non est quod judices hoc fieri nisi a Catone non posse, qui quam ferro non emiserat animam manu extraxit. […] Nuper in ludo bestiariorum unus e Germanis, cum ad matutina spectacula pararetur, secessit ad exonerandum corpus - nullum aliud illi dabatur sine custode secretum; ibi lignum id quod ad emundanda obscena adhaerente spongia positum est totum in gulam farsit et interclusis faucibus spiritum elisit. Hoc fuit morti contumeliam facere. Ita prorsus, parum munde et parum decenter: quid est stultius quam fastidiose mori? O virum fortem, o dignum cui fati daretur electio! Quam fortiter ille gladio usus esset, quam animose in profundam se altitudinem maris aut abscisae rupis immisisset! Undique destitutus invenit quemadmodum et mortem sibi deberet et telum, ut scias ad moriendum nihil aliud in mora esse quam velle. Existimetur de facto hominis acerrimi ut cuique visum erit, dum hoc constet, praeferendam esse spurcissimam mortem servituti mundissimae.

Sénèque, *Lettres à Lucilius*, VIII, 70, 19-21

Questions (à titre indicatif)

1. Quelles sont les idées de Sénèque sur le suicide?
2. *perrumperent* (l. 1): justifiez l'emploi du subjonctif.
3. ... *nisi a Catone posse*… (l. 2): qui est ce personnage?
4. Expliquez ce qu'on entend par *matutina spectacula* (l. 4).
5. Identifiez grammaticalement *ad exonerandum corpus* (l. 4). Est-ce qu'il y a d'autres exemples du même genre dans cet extrait?